

---

*Nisi constet Deum esse, ejusque vi & numine omnia facta esse & servari, quæ potest esse pietas, quæ sanctitas, quæ religio?*

---

Cic. de nat. Deor.

---

ij

---

IN NATURALEM  
THEOLOGIAM  
PRÆFATIO.

**G**Raviora vix exposuimus in superiori specimine sensationum con-  
sectaria, quod statim alterum, illudque omnium gravissimum ob-  
versatum est nobis; Dei nempe ex-  
sistentia & natura; imprimisque admi-  
rabilis providentia. De hoc argumenti  
genere in adolescentium nostrorum uti-  
litate separatim erat pertractandum;  
debueratque brevis hæc illustratio con-  
suetum retinere nomen Theologiæ na-  
turalis, quod nullo revelationis præsi-  
dio, sed sola ratione duce supremum  
Numen ejusque attributa contempletur.  
Quæ, si quid video, eo luculentius pro  
instituti ratione nostri explicabuntur a  
nobis, quo clarius principio quid Dei,  
& Religionis nomine veniat, quid gen-  
tes, ipsique gentium philosophi sub hisce